

MACIEJ KUBAŁA

Uniwersytet Szczeciński

LIST 153 ŚW. AUGUSTYNA  
TEKST – TŁUMACZENIE – KOMENTARZ  
CZĘŚĆ I

List 153 autorstwa świętego Augustyna, napisany pomiędzy 413 a 414 rokiem, stanowi część korespondencji (Listy 152-155) pomiędzy Augustynem a Macedoniuszem – pełniącym wówczas urząd *Vicarius Africae*<sup>1</sup>. Publikowane tłumaczenie (opatrzone komentarzem prawnym), jest – według ustaleń autora tłumaczenia – pierwszym całościowym tłumaczeniem Listu 153 św. Augustyna na język polski<sup>2</sup>. Ze względu na kontekst polityczno-prawny i liczne odniesienia natury prawnej w treści listu, prezentowany tekst stanowi cenne źródło inspiracji, nie tylko teologicznej, ale i prawniczej. Ze względu na zbyt dużą objętość Listu 153, tłumaczenie zostało podzielone na dwie części. Redakcyjne kryterium podziału stanowiły stosowane w Liście 153, przez Augustyna, odniesienia natury teologicznej i biblijnej (w paragrafach 1-15 – część I) oraz natury prawnej (w paragrafach 16-26 – część II).

---

<sup>1</sup> *Vicarius* – w późnym cesarstwie zarządzał diecezją (*diocesis*), czyli dużym okręgiem administracyjnym, obejmującym kilka prowincji. Jego bezpośrednim przełożonym był *praefectus praetorio*, cywilny zastępca cesarza w randze *illustris*, zarządzający jedną z czterech prefektur cesarstwa – za: S. JÓZWIĄK, *Państwo i Kościół w pismach św. Augustyna*, Lublin 2004, s. 189; por. P. PORENA, *Le origini della prefettura del pretorio tardoantica*, Roma 2003, s. 153-155, 169.

<sup>2</sup> Jakkolwiek niewielkie fragmenty tłumaczeń Listu 153, można znaleźć w kilku opracowaniach, por. S. LONGOSZ, *Św. Augustyn w polskich studiach*, «Vox Patrum» 23.44-45/2003, s. 532. Por. S. JÓZWIĄK, *op. cit.*, s. 145-146, 152-153, 191, 195.

S. AUGUSTINI EPISCOPI EPISTOLA CLIII [EPISTOLARUM CLASSIS III]<sup>1</sup>

AUGUSTINUS EPISCOPUS, FAMULUS CHRISTI FAMILAEQUE EIUS,  
DILECTO FILIO MACEDONIO, IN DOMINI SALUTEM.

Caput I – 1. Negotiosissimum in republica virum, et non suis, sed aliorum utilitatibus attentissimum, qualem te esse et tibi gratulamur et rebus humanis, nec deserere debemus alloquio, nec occupare prooemio. Accipe itaque quod per me, vel nosse voluisti, vel utrum ipse nossem experiri. Quod si parvum aut superfluum iudicares, nullo modo inter tam magnas tamque necessarias curas tuas curandum esse censeris. Quaeris a me cur officii sacerdotii nostri esse dicamus intervenire pro reis, et nisi obtineamus, offendi quasi quod erat officii nostri minime reportemus. Ubi vehementer te dicis ambigere utrum istud ex religione descendat. Deinde adiungis qua ratione ita movearis: *Nam si a Domino peccata, inquis, adeo prohibentur, ut nec poenitendi quidem copia post primam tribuatur; quemadmodum nos possumus ex religione contendere ut quaecumque illud crimen fuerit, dimittatur?* Adhuc gravius urges, et dicis, *nos probare quod volumus impunitum; et si constat non minus auctorem quam probatorem teneri in omnibus quae peccantur, certum esse nos culpae societate vinciri, quoties eum impunitum esse volumus, qui culpae tenetur obnoxius.*

2. His verbis quem non terreas tuae lenitatis et humanitatis ignarum? Unde nos qui te novimus, et haec quaerendi gratia, non decernendi, scripsisse minime dubitamus, aliis verbis tuis ad ista citius respondemus. Tamquam enim nos haesitare in hac quaestione nolueris, aut praevidisti quid dicturi essemus, aut admonuisti quid dicere deberemus; et aisti: *Tum praeterea accedit hoc quod gravius est. Nam omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit.* Antequam ergo discutiam quid sit illud gravius quod in epistola tua sequitur, hoc interim

---

<sup>1</sup> Na podstawie Patrologia Latina 33, 653-665, w wersji uzgodnionej z *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, na podstawie opracowania tekstu łacińskiego z: *Opera omnia di Sant'Agostino. Le lettere*, XXII, red. L. CARROZZI, Roma 1992, s. 522-555.

## LIST 153 ŚW. AUGUSTYNA Z HIPPONY

AUGUSTYN, BISKUP I SŁUGA CHRYSTUSA I JEGO RODZINY POZDRAWIA  
W PANU UMIŁOWANEGO SYNA MACEDONIUSZA.

Rozdział I – 1. Nie możemy pozostawić bez odpowiedzi ani zajmować przedmową, męża jakim jesteś, tak pochłoniętego sprawami państwowymi, tak baczącego nie na swoje, ale na innych korzyści, z czego cieszymy się i ze względu na ciebie, i ze względu na ludzkie sprawy. Przyjmij zatem to, czego chciałeś się ode mnie nauczyć albo sprawdzić, czy ja sam o tym wiedziałem. Gdybyś ocenił to jako coś mało ważnego albo zbędnego, w żadnym wypadku nie pomyślałbyś, że pośród tak wielu ważnych i koniecznych twoich trosk powinien się tym jeszcze martwić. Pytasz mnie, dlaczego mówimy, że naszym obowiązkiem kapłańskim jest wstawiać się za oskarżonymi i obrażamy się prawie, gdy nie osiągamy celu, prawie jakbyśmy nie sprostali obowiązkowi naszego stanu. Ty twierdzisz, że powątpiewasz, czy ten obowiązek wynika z religii. Następnie dodajesz, z jakiego powodu jesteś tak poruszony. *Jeśli więc grzechy są zakazane przez Pana na tyle surowo, że po pierwszej pokucie nie daje się szans na drugą pokutę, jak można w imię religii twierdzić, że zbrodnia bez względu na jej rodzaj powinna zostać wybaczona? Do tego, surowiej nastajesz i mówisz, że jeśli się chce, żeby wina została nieukarana, to znaczy, że się ją akceptuje; jeśli jest uznane przez wszystkich, że współnikiem wina jest zarówno ten, kto ją popełnia, jak i ten, kto ją akceptuje, pewne jest również [to], że mamy wspólną winę za każdym razem, ilekroć chcemy, by pozostał nieukarany ten, kto się skalał winą.*

2. Któż nie przestraszyłby się tych słów, gdyby nie znał twojej łagodności i dobroci? Dlatego my, którzy cię znamy [i] w najmniejszym stopniu nie wątpimy, że napisałeś to celem postawienia pytania, a nie dla zawyrokowania, odpowiadamy na to innymi twoimi słowami. Tak, jakbyś chciał rozwiązać wszystkie moje wątpliwości w tej kwestii lub oczekiwał mojej odpowiedzi, czy chciał mi ją zasugerować, dodałeś: *następnie, oprócz tego, do dodania jest coś poważniejszego. Wszystkie bowiem grzechy*

quod dedisti accipiam, eoque utar ad molem hanc amovendam, qua nostrae intercessionem posse reprimi videbantur. Ideo quippe, quantum facultas datur, pro peccatis omnibus intercedimus, quia omnia peccata videntur veniabiliora, cum is qui reus est correctionem promittit. Haec tua est, haec et nostra sententia.

3. Nullo modo ergo culpas quas corrigi volumus, approbamus, nec quod perperam committitur, ideo volumus impunitum esse, quia placet; sed hominem miserantes, facinus autem seu flagitium detestantes, quanto magis nobis displicet vitium, tanto minus volumus inemendatum interire vitiosum. Facile enim est atque proclive malos odisse, quia mali sunt: rarum autem et pium eosdem ipsos diligere, quia homines sunt; ut in uno simul et culpam improbes, et naturam approbes, ac propterea culpam iustius oderis, quod ea foedatur natura quam diligis. Non est igitur iniquitatis, sed potius humanitatis societate devinctus, qui propterea est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. Morum porro corrigendorum nullus alius quam in hac vita locus est; nam post hanc, quisque id habebit quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis caritate intervenire pro reis, ne istam vitam sic finiant per supplicium, ut ea finita non possint finire supplicium.

Caput II – 4. Noli ergo dubitare hoc officium nostrum ex religione descendere, cum Deus apud quem nulla est iniquitas, cuius summa potestas est, qui non tantum qualis quisque sit videt, verum etiam qualis futurus sit praevidet, qui solus potest in iudicando non labi, quia in cognoscendo non potest falli, facit tamen, sicut Evangelium loquitur, *solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*. Cuius mirabilis bonitatis ut simus imitatores, Dominus Christus exhortans: *Diligite, inquit, inimicos vestros; benefacite eis qui vos oderunt; et orate pro eis qui vos persequuntur: ut sitis filii Patris vestri qui in coelis est, qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos* (Matth. V, 44. 45). Hac indulgentia et lenitate divina multos abuti ad perniciem suam quis nesciat? Quos arguens Apostolus et graviter increpans dicit: *Existimas autem, o homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quoniam tu effugies iudicium Dei? An divitias benignitatis eius, et patientiae, et longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam*

*wydają się bardziej zasługiwać na przebaczenie, gdy winny obiecuje poprawę.* Zanim zatem omówię tę poważniejszą kwestię, którą dodałeś w swoim liście, ja też to przyznam i wykorzystam ją, aby usunąć ten ciężar, za pomocą którego – jak się wydawało – nasze sprzeciwy mogły zostać stłumione. Przeto oczywiście, według posiadanych możliwości, wstawiamy się z powodu wszystkich grzechów wszystkich, albowiem wszystkie grzechy wydają się bardziej zasługiwać na przebaczenie, gdy winny obiecuje poprawę. Taka jest twoja opinia i również moja.

3. W żaden sposób zatem nie pochwalamy przewinień, które chcemy, by zostały ukarane, podobnie jak nie chcemy – jakoby miało się to nam podobać – aby pozostało nieukarane to, co nieumyślnie; mając raczej współczucie wobec człowieka i nienawidząc czynu haniebnego albo przestępstwa, im bardziej nie podoba nam się pobłądzenie, tym mniej chcemy, aby osoba błędząca zginęła bez poprawy. Łatwo i naturalnie jest bowiem nienawidzić złych, ponieważ są źli; rzadkie jest natomiast i pobożne kochać te same osoby, ze względu na to, że są istotami ludzkimi; w ten sposób w jednej osobie jednocześnie obwiniasz grzech i aprobujesz naturę i z tego powodu słuszniej nienawidzisz grzech, ponieważ kała on naturę, którą kochasz. Dlatego nie ma nic wspólnego z niesprawiedliwością, ale raczej z człowieczeństwem ten, kto karze zbrodnię, aby wyzwolić człowieka. Nie ma zatem innego miejsca na poprawę obyczajów jak to życie; po tym bowiem życiu każdy otrzyma to, co sobie nagromadził. Przeto z miłości do rodzaju ludzkiego przymuszeni jesteśmy, by wstawić się za oskarżonymi, aby nie zakończyli tego życia karą wiecznego potępienia, która – po ustaniu tego życia – nie mogłaby się już zakończyć.

Rozdział II – 4. Nie miej zatem wątpliwości, że ten nasz obowiązek wywodzi się z naszej religii, ponieważ Bóg, w którym nie ma żadnej niesprawiedliwości, którego władza jest najwyższa, który widzi nie tylko, jakim każdy jest obecnie, ale przewiduje, jakim będzie w przyszłości, który jako jedyny w sądzeniu nie może się zachwiać, albowiem w poznaniu nie może błędzić, sprawia jednak, jak głosi Ewangelia, że *jego słońce wschodzi nad dobrymi i złymi i spuszcza deszcz na sprawiedliwych i niesprawiedliwych.* Chrystus Jezus, wzywając nas, abyśmy byli naśladowcami tej zachwycającej dobroci: *Kochajcie – mówi – nieprzyjaciół waszych; błogosławcie tym, którzy was nienawidzą, i módlcie się za tych,*

*tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius* (Rom. XI, 3-6). Numquid quoniam isti in sua nequitia perseverant, ideo Deus in sua patientia non perseverat; per pauca in hoc saeculo puniens, ne divina providentia non esse credatur, et multa servans ultimo examini, ut futurum iudicium commendetur?

5. Non, ut opinor, magister ille coelestis impietatem nos diligere praecipit, cum praecipit ut nostros diligamus inimicos, beneficiamus eis qui nos oderunt, oremus pro eis qui nos persequuntur; cum procul dubio, si pie Deum colimus, inimicos atque odiis adversum nos acerrimis incitatos ac persecutores, nisi impios habere non possimus. Num igitur diligendi sunt impii? num impiis benefaciendum est? num pro impiis etiam orandum est? Ita plane. Qui enim hoc praecipit, Deus est; nec tamen nos hoc pacto societati adiungit impiorum, quibus et ipse parcendo, et vitam salutemque largiendo, non utique sociatur. Consilium quippe eius, quantum homini pio nosse donatum est, exponit Apostolus dicens: *Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?* (Rom. II, 4) Ad hanc volumus adduci pro quibus intervenimus; non eorum peccatis vel parcimus, vel favemus.

Caput III – 6. Nam quosdam quorum crimina manifesta sunt, a vestra severitate liberatos, a societate tamen removemus altaris, ut poenitendo placare possint quem peccando contempserant, seque ipsos puniendo. Nam nihil aliud agit quem veraciter poenitet, nisi ut id quod mali fecerit, impunitum esse non sinat: eo quippe modo sibi non parcenti ille parcit, cuius altum iustumque iudicium nullus contemptor evadit. Quod si iniquis et scelestis ille parcendo, eisque vitam salutemque largiendo, etiam plerisque eorum quos novit non acturos poenitentiam, tamen exhibet patientiam; quanto magis nos in eos qui correctionem promittunt, et utrum faciant quod promittunt incerti sumus, misericordes esse debemus, ut rigorem vestrum pro eis intercedendo flectamus, pro quibus et Dominum, quem nihil de moribus eorum etiam futuris latet, non tamen impudenter, quia hoc ipse praecipit, oramus!

7. In tantum autem hominum aliquando iniquitas progreditur, ut etiam post actam poenitentiam, post altaris reconciliationem, vel similia vel graviora committant: et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem

którzy was prześladowają: abyście byli dziećmi Ojca waszego, który jest w niebie, który sprawia, że słońce wschodzi nad dobrymi i złymi, oraz spuszcza deszcz nad sprawiedliwymi i niesprawiedliwymi (Mt 5,44-45). Kto nie wie, że wielu nadużyło tej pobłażliwości i łagodności dla własnej zguby? Apostoł obwinia ich i surowo ganiąc, mówi: *Czy myślisz człowiecze, co osądzasz tych, którzy się dopuszczają takich czynów, a sam czynisz to samo, że ty unikniesz potępienia Bożego? A może gardzisz bogactwem dobroci, cierpliwości i wielkoduszności Jego, nie chcąc wiedzieć, że dobroć Boża chce cię przywieść do nawrócenia? Oto przez swoją zatwardziałość i serce nieskłonne do nawrócenia gromadzisz sobie gniew na dzień gniewu i objawienia się sprawiedliwego sądu Boga, który odda każdemu według jego uczynków* (Rz 2,3-6). Czy zatem, skoro ci oto trwają w swojej nieprawości, miałby Bóg nie wytrwać w swej cierpliwości; karze niewiele tylko grzechów na tym świecie, aby ludzie nie przestali wierzyć w Opatrzność Bożą, a wiele zachowując na sąd ostateczny, ażeby wtedy zostały wspomniane.

5. Bo ten niebiański nauczyciel – jak sądzę – nie nakazuje nam miłować niegodziwości, gdy nakazuje nam miłować nieprzyjaciół, czynić dobrze tym, którzy nas nienawidzą, i modlić się za tych, którzy nas prześladowają. Jeśli bowiem pobożnie czcimy Boga, to bez wątpienia możemy mieć za wrogów i za ludzi pałających do nas najbardziej gorzką nienawiścią, i za prześladowców jedynie osoby niegodziwe. Czy zatem powinniśmy kochać złych? Mamy może czynić im dobro? Czy należy również modlić się za złych? Tak, oczywiście! Przecież Bóg nam to nakazuje. Jednak nie stawia nas w ten sposób w jednym szeregu z bezbożnymi ani też sam nie jest w jednym szeregu z nimi, kiedy ich ułaskawia i daje im życie wieczne. Apostoł wyjaśnia Jego zamysł, na ile pobożny człowiek może go poznać, mówiąc: *Czy nie wiecie, że cierpliwość Boga prowadzi was do pokuty?* (Rz 2,4). Do tej pokuty chcemy doprowadzić tych, za których się wstawiamy; nie puszczamy w niepamięć ani nie popieramy ich grzechów.

Rozdział III – 6. Tych, których grzechy są jawne, chociaż zostały uwolnione od waszej surowości, odsuwamy od wspólnoty ołtarza, aby czyniąc pokutę i wymierzając sobie karę, przebłagać mogli tego, którym pogardzali, grzesząc. Rzeczywiście, ktoś, kto naprawdę żałuje, nie chce

suum; nec minus tribuit quam ante tribuebat largissima munera vitae ac salutis. Et quamvis eis in Ecclesia locus ille poenitentiae non concedatur; Deus tamen super eos suae patientiae non obliviscitur. Ex quorum numero si quis nobis dicat, Aut date mihi eundem iterum poenitendi locum, aut desperatum me permittite, ut faciam quidquid libuerit, quantum meis opibus adiuvor, et humanis legibus non prohibeor, in scortis, omnique luxuria, damnabili quidem apud Dominum, sed apud homines plerosque etiam laudabili: aut si me ab hac nequitia revocatis, dicite utrum mihi aliquid prosit ad vitam futuram, si in ista vita illecebrosissimae voluptatis blandimenta contempsero, si libidinum incitamenta frenavero, si ad castigandum corpus meum multa mihi etiam licita et concessa subtraxero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciavero, si miserabilius ingemuero; si flevero uberius, si vixero melius, si pauperes sustentavero largius, si caritate, quae operit multitudinem peccatorum (*1 Petr. VIII, 4*), flagravero ardentius; quis nostrum ita desipit, ut huic homini dicat, Nihil tibi ista proderunt in posterum; vade, saltem vitae huius suavitate perfrui? Avertat Deus tam immanem sacrilegamque dementiam! Quamvis ergo caute salubriterque provisum sit ut locus illius humillimae poenitentiae semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus utilis esset aegrotis, quae tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit; quis tamen audeat dicere Deo: Quare huic homini, qui post primam poenitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga istos non agi quod Apostolus ait: *Ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit?* (*Rom. II, 4*) aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est: *Beati omnes qui confidunt in eum* (*Psal. II, 13*)? *aut ad istos non pertinere quod dicitur: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dominum* (*Psal. XXX, 25*)?

8. Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia Dei, ut in hac temporali vita moribus emendatis, non damnentur in aeternum; qui nullius quae sibi praebeatur exspectat misericordiam, quoniam nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo iustior: quales non esse oportet homines erga homines, qui hanc vitam nostram quantacumque laude cumulemus, eam sine peccato esse non dicimus? quod *si dixerimus, nos ipsos, sicut scriptum est, decipimus, et veritas in nobis non*



niczego innego jak tylko tego, by popełnione przez niego zło nie pozostało nieukarane; w ten bowiem sposób temu, kto naprawdę żałuje, przebacza ten, którego wysokiego i sprawiedliwego sądu nie uniknie nikt, kto nim pogardza. Jeśli zatem Pan, oszczędzając niesprawiedliwych i niegodziwych oraz dając im życie i zdrowie, okazuje cierpliwość także wobec wielu z nich, o których wie, że nie będą czynić pokuty, o ileż bardziej [my] powinniśmy być miłosierni wobec tych, którzy obiecują poprawę, nawet jeśli nie jesteśmy pewni, czy zrobią to, co obiecują; działamy bowiem po to, aby złagodzić waszą surowość, wstawiając się za tymi, za których modlimy się również do Pana, przed którym nie jest ukryty żaden ich czyn, nawet przyszły; atoli nie czynimy tego bezczelnie, albowiem On sam to nakazał!

7. Czasami jednak niegodziwość ludzi posuwa się do takiego stopnia, że popełniają podobne lub poważniejsze grzechy, nawet po odprawieniu skruchy i pojednaniu ołtarza; ale i nad nimi Bóg karze wschodzić słońcu swojemu; tak samo udziela, jak wcześniej udzielał, najhojniejszych darów życia i zdrowia. I chociaż w Kościele to miejsce na pokutę nie jest im udzielone, Bóg jednak nie zapomina w swojej cierpliwości o nich. Któryś z nich mógłby nam powiedzieć: albo pozwólcie mi po raz kolejny czynić pokutę, albo pozwólcie mnie zdesperowanemu czynić cokolwiek chcę, na cokolwiek pozwalają mi siły i czegokolwiek nie zabrania mi prawo, z nierządnicami i w każdej formie rozwiązłości, [tego, co] godne potępienia przed Bogiem, ale pochwały godne u większości ludzi; albo jeśli odciągniecie mnie z powrotem od tej rozwiązłości, powiedzcie mi, czy to mi pomoże w przyszłym życiu, jeśli w tym życiu będę pogardzał pokusami przyjemności, z jej potężnymi rozkoszami, jeśli będę powstrzymywał impulsy żądz, jeśli będę pozabawiał się wielu rzeczy godnych i dozwolonych, aby ukarać moje ciało, jeśli będę dręczył się pokutą bardziej energicznie niż przedtem, jeśli będę jęczał w sposób bardziej budzący litość, jeśli będę wylewał łzy obficie, jeśli będę lepszy, jeśli biednych wspomogę hojniej, jeśli zapłonę goręcej miłością, która zakrywa wiele grzechów (1 P 4, 8); któż z nas byłby tak bezrozumny, aby powiedzieć takiemu człowiekowi: na nic się zdadzą tobie te rzeczy w przyszłym życiu, idź i ciesz się przynajmniej słodyczą tego życia? Niech nas odwróci Bóg od tak wielkiego szaleństwa i świętokradztwa! Chociaż

*est* (1 Joan. I, 8). Proinde licet accusatoris alia persona sit, alia defensoris, alia intercessoris, alia iudicis, de quorum propriis officiis nimis longum est, et non necessarium hoc sermone disserere; sic tamen etiam ipsos criminum ultores, atque in hoc officio non ira propria concitados, sed legum ministros, nec suarum, sed alienarum examinarum iniuriarum vindices, quales iudices esse debent, terruit censura divina, ut cogitarent sibi propter sua peccata Dei misericordiam necessariam, nec putarent ad culpam sui officii pertinere, si quid erga eos misericorditer agerent, quorum vitae necisque haberent legitimam potestatem.

Caput IV – 9. Nam cum ad Dominum Christum Iudaei adduxissent mulierem in adulterio comprehensam, eumque tentantes dicerent quod iussa esset Lege lapidari, ac deinde quaerent quid de illa ipse praeciperet; respondit eis: *Qui sine peccato est vestrum, prior in eam lapidem iaciat* (Joan. VIII, 7). Ita nec Legem improbavit, quae huiusmodi reas iussit occidi; et illos terrendo ad misericordiam revocavit, quorum iudicio haec posset occidi. Puto quod hac sententia Domini audita, si praesens fuit etiam maritus ipse qui violatam sui tori fidem vindicari postulabat, exterritus animum ad voluntatem parcendi ab ulciscendi cupiditate deflexit. Nam quomodo non est admonitus accusator ne suas persequeretur iniurias, quando ipsi iudices ita sunt a vindicando prohibiti, qui in adultera punienda, non privato dolori compellebantur servire, sed Legi? Unde Ioseph, cui virgo Maria, Domini mater, fuerat desponsata, cum eam comperisset esse praegnantem, cui se noverat non esse commixtum, et ob hoc nihil aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit; nec approbator flagitii fuit Nam haec voluntas eius etiam iustitiae deputatur: ita quippe de illo scriptum est: *Et cum esset homo iustus, et nollet eam divulgare, statuit eam occulte dimittere. Haec eo cogitante, apparuit illi angelus qui doceret esse numinis, quod ille putaverat criminis* (Matth. I, 18-20).

10. Si ergo cogitata infirmitate communi, et accusatorius dolor, et iudicatorius rigor frangitur; quod tandem censes pro reis esse debere, vel defensoris vel intercessoris officium? quandoquidem et vos viri boni qui nunc iudices estis, et in foro aliquando versati causas hominum suscepistis, scitis quam libentius defendere quam accusare soleretis. Et tamen defensor ab intercessore plurimum distat: nam ille diluendis vel

zatem roztropne i zbawienne było to postanowienie, aby w Kościele miejsce na tę najpokorniejszą pokutę było przyznane tylko raz – z obawy, że tanie lekarstwa mogą stać się mniej korzystne dla chorych – w końcu będzie ona bardziej zbawienna w takim stopniu, w jakim będzie mniej pogardzana; któż jednak odważyłby się powiedzieć Bogu: dlaczego jeszcze powtórnie przebaczasz temu człowiekowi, który po pierwszej pokucie znowu wikła się w pułapkę nieprawości? Kto ośmieliłby się powiedzieć, że Bóg nie czyni w stosunku do tych ludzi tego, co mówi Apostoł: *Nie wiesz, że cierpliwość Boga przynagla cię do pokuty?* (Rz 2, 4), albo że tamci są wykluczeni z liczby tych, o których jest napisane: *Błogosławieni wszyscy, którzy w nim pokładają nadzieję?* (Ps 2, 13 [wg numeracji współczesnej: Ps 2,12]), albo kto nie odniesie do nich tego, co jest napisane: *Działajcie odważnie i niech wasze serce będzie silne, wy wszyscy, którzy ufacie w Panu?* (Ps 30, 25 [numeracja współczesna: 31 (30), 25]).

8. Skoro więc tak ogromna jest cierpliwość Boga, tak ogromne miłosierdzie nad grzesznymi, którzy nie będą ukarani w życiu wiecznym, jeśli w obecnym poprawią swoje postępowanie – mimo że Bóg nie oczekuje od nikogo, aby Jemu okazywał miłosierdzie, skoro nikt nie jest szczęśliwszy, potężniejszy, bardziej sprawiedliwy od Niego – to jacy my powinniśmy być wobec naszych bliźnich, jeśli bez względu na to, ile pochwał zgromadziliśmy w tym naszym życiu, nie mówimy, że jest ono wolne od grzechów? Zresztą, *powiedzielibyśmy coś podobnego* – jak napisane jest – *oszukujemy i nie ma w nas prawdy* (1 J 1,8). Trzeba zatem, aby inną osobą był oskarżyciel, inną obrońca, inną poręczyciel, inną sędzia, których właściwe im obowiązki zbyt długo i niepotrzebnie jest roztrząsać w tej mowie; tak zatem ci, którzy karzą za przestępstwa, w sprawowaniu swojego urzędu nie powinni być poruszeni osobistym gniewem, ale powinni być sługami praw, pomstę wymierzając nie za własne krzywdy, ale za krzywdy innych; tak jak powinni to czynić sędziowie. Przeraził ich sąd Boży, aby pamiętali, że potrzebują miłosierdzia Bożego z powodu własnych grzechów i nie traktowali jako uchybienia w ich urzędzie, jeśli w jakikolwiek sposób działać będą miłosiernie wobec tych, nad którymi mają prawomocną władzę życia i śmierci.

Rozdział IV – 9. Pewnego dnia, gdy Żydzi przyprowadzili do Jezusa kobietę pochwyconą na cudzołóstwie i poddali go próbie, mówiąc, że

obtegendis criminibus operam maxime impendit; intercessor autem etiam cum de culpa constat, pro poena removenda vel temperanda curam gerit. Hoc sunt apud Deum pro peccatoribus iusti; hoc pro se ipsi peccantes invicem ut faciant admonentur: nam scriptum est: *Confitemini invicem peccata vestra, et orate pro vobis (Jacobi 5, 16)*. Has sibi partes humanitatis, ubi potest, omnis homo apud hominem vindicat. Nam quod ipse quisque domi suae puniret admissum, in alterius domo vult impunitum. Sive enim adhibeatur apud amicum, sive ille cuiquam in quem potestas ulciscendi est se praesente succenseat, sive irascenti fortuito superveniat; non iustissimus, sed inhumanissimus iudicatur, si non interveniat. Scio ego te ipsum cum aliis amicis tuis in ecclesia Carthaginensi intercessisse pro clerico, cui merito succensebat episcopus; et utique nullum ibi discrimen sanguinis sub incruenta disciplina timebatur: nec cum id, quod etiam vobis displicebat, inultum esse velletis, tamquam delicti approbatores vos iudicabamus, sed tamquam humanissimos intercessores audiebamus. Si ergo vobis fas est ecclesiasticam correptionem intercedendo mitigare; quomodo episcopus vestro gladio non debet intercedere, cum illa exeratur ut in quem exeritur bene vivat, iste ne vivat!

11. Postremo ipse Dominus apud homines intercessit, ne lapidaretur adultera, et eo modo nobis intercessionis commendavit officium; nisi quia ille terrendo fecit, quod nos petendo. Ille enim Dominus, nos servi sumus: verumtamen ille sic terruit, ut omnes timere debeamus. Quis enim est nostrum sine peccato? Quod cum illis dixisset a quibus ei offerebatur punienda peccatrix, ut qui sciret se esse sine peccato, prior in illam lapidem mitteret; cecidit saevitia, tremente conscientia: tunc enim ex illa iam congregatione dilapsi, solam misericordiae miseram reliquerunt. Cedat huic sententiae pietas Christianorum, cui cessit impietas Iudaeorum: cedat humilitas obsequentium, cui cessit superbia persequentium: cedat confessio fidelis, cui cessit simulatio tentatoris. Malis parce, vir bone: quanto melior, tanto esto mitior; quanto fis celsior potestate, tanto humilior fiere pietate.

Caput V – 12. Ego quidem intuens, mores tuos, appellavi te virum bonum; sed tu intuens verba Christi, dic tibi ipsi: *Nemo bonus, nisi unus Deus (Marc. X, 18)*. Quod cum verum sit (hoc enim Veritas dixit), nec

w Prawie było napisane, aby została ukamienowana, [i] pytali go, co nakaze w stosunku do niej, on im odpowiedział: *Kto z was jest bez grzechu, pierwszy niech w nią rzuci kamieniem* (J 8,7). W ten sposób nie odrzucił Prawa, które przewidywało karę śmierci dla kobiet winnych cudzołóstwa, ale strasząc, przywołał do miłosierdzia tych, których wyrokiem mogła zostać skazana na śmierć. Myślę, że jeśli był obecny także mąż, który domagał się ukarania żony winnej podeptania wierności małżeńskiej, gdy usłyszał ten wyrok Pana, przepełnił go strach i odwrócił swój umysł od pragnienia zemsty, ku woli przebaczenia. Jakże nie miałyby zostać upomniani oskarżyciel, aby nie mścił się za doznane krzywdy, skoro samym sędziom zabroniono wymierzania kary, choć w karaniu cudzołożnicy służyli nie chęci zaspokojenia osobistego bólu, ale Prawom. Z tego samego powodu Józef, z którym była zaręczona Dziewica Maryja Matka Boga, odkrywszy, że była w ciąży, nie chciał, żeby została ukarana, chociaż wiedział, że ona nie miała z nim stosunków małżeńskich i z tego powodu nie mógł o niej myśleć inaczej jak o cudzołożnicy; [ale] nie chciał ani nie zgadzał się na to, żeby została ukarana. Ponieważ to jego pragnienie przypisuje się sprawiedliwości, napisane jest o nim w ten sposób: *Jako że był człowiekiem prawym i nie chciał narazić jej na zniesławienie, zdecydował się zostawić ją potajemnie. Gdy jednak o tym myślał, ukazał mu się anioł, który pouczył go, że wolą Bożą było to, co on uważał za przestępstwo* (Mt 1,18-20).

10. Jeśli zatem i ból oskarżycielski, i surowość sędziowska są poskromione przez wspólne poczucie słabości, jaka zatem – w twoim odczuciu – jest powinność obrońcy albo orędownika wobec oskarżonych? Także wy przecież, dostojni mężowie, którzy teraz jesteście sędziami, podczas gdy niegdyś zajmowaliście się zręcznie sprawami ludzkimi, zwykliście chętniej bronić niż oskarżać. Wszelako duża jest różnica między oskarżycielem a obrońcą; podczas gdy ten pierwszy dokłada największych starań, by rozmiękczyć lub usprawiedliwić zbrodnię; orędownik natomiast troszczy się o oddalenie albo złagodzenie kary. To czynią przed Bogiem sprawiedliwi wobec grzeszników; sami grzesznicy są również wezwani, by czynić tak wobec siebie nawzajem, albowiem jest napisane: *Wyznawajcie jedni wobec drugich wasze grzechy i módlcie się za siebie* (Jk 5,16). Każdy człowiek domaga się dla siebie od drugiego człowieka,

ego tamen illud existimari deo fallaci assentatione dixisse, et dominicis verbis quasi contrarius existisse, ut cum ille dicat: *Nemo bonus, nisi unus Deus*, ego te appellaverim virum bonum; non enim et ipse Dominus contraria sibi locutus est, ubi ait: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona* (*Luc. VI, 45*). Deus ergo singulariter bonus est, et hoc amittere non potest; nullius enim boni participatione bonus est, quoniam bonum quo bonus est, ipse sibi est: homo autem cum bonus est, ab illo bonus est; quod a seipso esse non potest. Illius enim spiritu boni fiunt, quicumque boni fiunt; cuius capax creata est nostra natura per propriam voluntatem. Pertinet ergo ad nos, ut boni simus, accipere et habere quod dat qui de suo bonus est: quo quisque neglecto, de suo malus est. Proinde in quantum homo recte agit, id est, scienter et amanter et pie bonum operatur, in tantum bonus est: in quantum autem peccat, id est, a veritate et caritate et pietate deviat, in tantum malus est. Quis autem est in hac vita sine aliquo peccato? Sed eum dicimus bonum, cuius praevalent bona; eumque optimum, qui peccat minimum.

